

154

152

158

Difficultas in opere naturae eundo ad secessum in
galēa, et remedia, et de quibusdam aliis grava-
minibus.

148

163

Aliquando in navigatione contingit, quod homo magnam
difficultatem patitur in his, quae natura requirit, ut patet de
commestione et dormitione. Praecipue tamen difficile valde
est, quandoque opus naturae, vel vesicae necessitatem, aut
ventris purgationem facere, cum tamen impedimentum ejus sit
molestissimum naturae, ut dicitur metrice: Maturum stercus
est importabile pondus.

143

203

103

De modo ergo, quo tam urinatio quam stercoratio fit in
navi, parum dicam. Quilibet peregrinus habet juxta se in
cumba sua urinale, vas fictile, ollam, in quod et urinam emittit,
et ea, quae eructando evomit. Sed quia locus pro tanta mul-
titudine est strictus et tenebrosus, et multa deambulatio; ideo
raro usque mane stat urinale non eversum. Aliquando enim
unus importunus, et quem forte aliqua necessitas cogit festi-
nare sursum, suo transitu evertit 5. aut 6. vasa, ex quo cau-
satur foetor intolerabilis. Mane vero dum peregrini surgunt,
et venter suum beneficium postulat, ascendunt, et ad proram
vadunt, in qua ab utraque parte rostri prorae sunt loca pro
sessione aptata. Stant ergo ante loca aliquando XIII. aut
plures et exspectant, ut uno expedito alter sedem capiat, nec
est ibi verecundia, sed potius iracundia, quando quis nimis
diu locum occupat. Assimulavi illam expectationem ei, quam
faciunt homines in quadragesima ante confessores, ubi stantes
male contentantur de illis, qui longas faciunt confessiones, et
expectant cum quadam angustia. Porro nocturno tempore habet
magnam difficultatem venire ad illa loca propter homines, qui
per totam galēam jacent et dormiunt. Oportet enim illum,
qui ad locum secretum accedere vult, ultra XL homines per-
transire, et quolibet passu habet sub se hominem, et
necessae est caute pedem de scamno ad scannum locare, ne
ponat super hominem, et ne non tangendo scannum labatur
in medium (B) duorum scannorum super alium jacentem in-
ferius. Si transiens aliquem pede tangit, maledictiones in promptu
habebit. Si quis autem non esset timorosus et vertiginosus,

Ende

Anfang

